



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 58. Henricus Bremius Archiepiscopus Gnesnensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul XIII.  
A. C. 1281.

- c. 2.
- c. 3.
- c. 4.
- c. 5.
- c. 6.
- c. 7.
- c. 9.

tionis; nec proventuum rationem reddebant. Monachi non observabant jejunia per regulam S. Benedicti præcepta privatos rerum dominos agebant, seu proprietarios, ut vocant: nec gestabant vestem suam. Multi huc illuc vagabantur; & Præfules nolebant eos recipere. Non celebrabant conventus tertio quoque anno secundum sanctionem Papa Gregorii IX. Quædam Virgines Deo sacræ in privatis cubiculis suis capiebant cibum: & Abbatissæ non comedebant in cœnaculo, nec in dormitorio cubabant. Præfules, seu præfecti cœnobii quarundam dicecesium, præsertim Passi viensis, non comparebant hoc in concilio. Quapropter Archiepiscopus eos a functionibus muneris ad tempus abstinegere jussurus erat. Sed rogantibus Suffraganeis ac de consilio collegii sui executionem sententiae suæ omisit.

*Chr. Salisb.*  
*ans. 1281.*

### §. LVIII.

*Henricus Bremius Archiepiscopus Gnesnensis.*

**M**etropolitana sedes Gnesnensis in Polonia vacabat etiamnum a morte Fratris Martini Poloni. Legatus Philip pus Firmiensis ob commissum sibi a N<sup>o</sup>. Id an. 1281. colao III negotium Vostliberum Canonum, quem Collegæ sui Archiepiscopum coopta<sup>sup.</sup>

*Bulla to. 2.*

*Vading.*

*regest. p. 143.*

*Id an. 1281.*

*n. 7.*

cooptaverant, ad Papam vocavit, electio- Sæcul. XIII.  
nis formam virique merita examinandi A.C. 1281.  
causa. Sed Vostliberius suum jus in ma-  
nibus Legati deposuit, probabiliter pro-  
pter oppositionem Ducis Lesconis Nigri.  
Tum Papa Martinus ad celsam hanc se-  
dem evexit quendam Fratrem Minorem  
nomine Henricum Bremium genere, do-  
ctrina, & virtute conspicuum, quem cre-  
debat parem huic Ecclesiæ non solum in  
spiritualibus bene gubernandæ, verum  
etiam in temporalibus fortiter tuendæ  
contra direptiones, quibus esset exposita.  
Id apparet ex diplomate, quod dabat 23  
Dec. 1281.

### §. LIX.

#### *Concilium Parisense.*

Eodem mense Decembri Franciæ Præ-  
sules Parisios congregati post lon- *Duboulati*  
gam deliberationem cunctis e scholis o-  
mnes omnium facultatum Doctores pri-  
maque donatos laurea, & Academicos  
universos evocari præconis voce jussi-  
runt rogarique, ut venirent auditum ea,  
quæ sibi proponerentur. Convenere i-  
gitur in aulam Episcopi Parisini die sexta  
mensis S. Nicolao sacra, quæ erat sabba-  
tum: id quod indicat hunc annum 1281.  
Illic aderant Archiepiscopi quatuor, E-  
piscopi viginti, Doctores omnes, Acade-  
mici